

gitur ad dispensandum ex solis causis, ex quibus solet Pontifex dispensare. Quare licet non sit Papa nolle dispensare ex aliquibus causis, & illis denegasse, potest cum hoc, cui non denegavit, dispensare ex ijs causis, si eas iustas iudicat. Vt num. precedenti dicebamus, quando dispensat potestate ordinaria. Quod haec tantquam iure concessa, ac dignitate perpetua annexa, sit ordinaria, (vt probauit lib. 2. dispnt. 40. num. 14.) In idem censerem, quando ex commissione speciali Pontificia dispensaret. Cum enim Pontifex non assignet causas, ex quibus commissarius dispenset, solum astringit illum, vt ex iusta causa dispenset, eius prudentie committens discernere, quae sit iusta causa. Exemplum huius nu. sequenti proponam. Secus esset quando ex sola epicheia dispensat Episcopus, vt in casu necessitatis ratione periculi in mora. Cum enim tunc ex sola praesumpta Pontificis voluntate dispenset, vbi de contraria voluntate constat, cessat praesumptio cui epicheia innititur. At postet vtique, quando Papa aliquando concederet, licet aliquando neget. Quia tunc non est contraria voluntas.

7 Quinta conclusio. Sicut diximus nu. 3. & 4. posse eum, qui impetrauit dispensationem ad Pontifice voti, in quo poterat Episcopus, posse ad ipsum confugere, vt dispenset: sic dicendum est posse confugere ad potentem ex priuilegio. V. g. fuit votum penale castitatis, vel religionis, poterat confessorius per bullam Cruciatam commutare: (vt disput. sequenti trademus.) possunt etiam religiosi id commutare, atque in eo dispensare virtute suorum priuilegiorum: (vt dicemus disput. 16.) dico non ob stare huic facultati impetratam esse a Pontifice commissionem dispensandi factam ordinario, vel confessorio. Quia ad ius superiorem, nullum praeventiois effectum operatur: & commissio fauore huius facta non debet in eius damnum retorqueri. (vt haec num. 3. probauimus.) Nec iam ordinarium, vel confessorie virtute commissionis dispensasse obstat, quin possit hic adire habentem priuilegium dispensandi, aut vt priuilegio Cruciatam, redeundo ad priorem voti obligationem, (vt dicebamus nu. 4.) & sic tantquam noui voti possit dispensationem, aut commutationem impetrare, non facta prioris mentione. Ob rationem qua eo nu. 4. tradidimus. Et quando Pontifex semper huiusmodi vota commutat in mensuras confessiones, & certa poenitentiae opera: & solum quando

adest incontinentiae periculum: non impedit commutationem fieri per bullam in subsidium belli: prout ipsa concedit: & per priuilegia religionis, in quaeque opera pia: vt ea expresse concedunt: & virtute horum dispensari ex alijs causis iustis, quauis non adit incontinentiae periculum: dummodo huic singulari non sit denegata dispensatio Pontificis, vel eius poenitentiariorum. Vt num. precedenti, iuncto num. 5. probauimus.

Tandem duae difficultates dissoluendae super sunt. Prior est, an si quisquam dispensationem petijt ab Episcopo, in casu in quo poterat, veta religioso virtute priuilegiorum, vel commutationem virtute bullae, qui noluerit, sed remisit illum ad Pontificem, an postquam hic se praesentauit Pontifici petens ab eo dispensationem, possint sicut prius poterat Episcopus, religiosi, vel confessorij. Et videtur eos non posse. Quod iam definit esse iudices, ex quo causam ad superiorem remisit. Vt habetur cap. licet. de offic. legati: & tradit ibi Glossa. verb. transulerat, & ibi Anton. nu. 8. Abbas nu. 3. Anchar. n. 2. Imola sine, & tradunt adeo hoc esse verum, vt nec ex partium consensu possit ea causa semel iam superiori praesentata, ad priorem iudicium redire. Ad dicendum est posse, quauis iam Pontifex commississet dispensationem ordinario, vel confessorio, & huius illa expedissent. (pro ut nu. 3. 4. & praecedenti explicuimus.) Quia textus d. c. licet, & doctrina autorum ibi allegata intelligitur in iurisdictione contentiosa, de qua is textus loquitur. Qualis non est iurisdictionis dispensandi.

9 Posterior difficultas est. An si impedimentum erat occultum, in quo solum poterat Episcopus dispensare quadiu occultum est, vt sunt casus coeetii in Trid. sess. 4. de reformatione. c. 6. in quibus conceditur facultas Episcopo, quam diu occulti sunt, nec ad forum contentiosum deduci, possit Episcopus, licet initio noluerit, sed remisit causam ad Pontificem, cui ille se praesentauit? Videtur non posse. Quia iam deducta res illa est ad Pontificis forum. Sed dicendum esse posse. Quod verbum, fori, idem sit quod iudicium, siue locus vbi iudicatur. c. forus, de verb. signif. Et licet ea dictio, solum, posita posset aliquam dubitandi aniam praebere: eam tamen proflus aufert dictio, contentiosum, illi adiecta. Quippe id appellatur, quando lis agitatur inter partes coram iudice: vt bene tradit lex cap. 1. ad nu. 39. de constitut.

DISPUT. DECIMA QVINTA.

An per bullam, vel iubileum possint aliquando commutari vota Religionis, & Castitatis, & alia quae matrimonium impediunt, vel dispensari possint ad petendum debicum cum impedimento voti, affinitatis, vel cognationis?

SVMMARIVM.

Qua vota possint per bullam, aut iubileum commutari, & an necessarium in belli subsidium commutanda sint? num. 1. Proponitur arguens a probantia in nullo esse posse haec vota castitatis, & religionis, per bullam, aut iubileum commutari? num. 2. Haec vota tunc censentur in bulla, vel iubileo reseruari, quando sunt Pontifici reseruat? num. 3. An possint per haec commutari votum temporariae castitatis, & castitatis coniugalis, non petendi, nec reddendi, virginitatis, non nulli bardi, assumendi ordinis sacri, diuinctiuum castitatis, vel ordinis, assumendi habitus beatae uirginis, reddendi ordinem militarem, petentem in religione: & vt differatur votum religionis? num. 4. An possint commutari per haec votum strictioris religionis in transiitum ad laxiorem? num. 5. Quid de commutatione earum tertium, in quibus Pontifex haec commutauit? num. 6. Quid de votis castitatis post matrimonium etiam misit? num. 7. Quid de votis penitentibus, ac conditionalibus castitatis, & religionis? num. 8. Quid de voto castitatis, ad petendam debicum? num. 9. Quid quando potest Episcopus dispensare in his votis ratione solius necessitatis? num. 10. Quid de iuramentis absolutis, aut penitentibus, conditionalibus castitatis, & religionis: nec quando simul concurrunt votum, & iuramentum? num. 11. An possit fieri dicta commutatio, quando prius testatus est Pontifex, vt dispenseret in ijs votis, si sine negarit, siue concesserit: & quauis commissarius nolens commutare, remisit illum ad Pontificem, cui se praesentauit: & quauis reseruat Pontifex ex sole certa causa dispensare in dicta commutatione in quadam certa opera? Remissio. num. 12. Commissarius Cruciatam, an dispensat ad petendum debicum, quando affinitas, aut cognatio spiritualis sunt post matrimonium contractum? num. 13. An concedente Pontifice facultatem commutandi vota de danda certa elemosyna, remisit debicum, nec soluit, ac obligati ad solutionem alterius parit, possit pars solu-

da remitti ex causa per Episcopum, vel virtute bullae, vel iubilei commutari: & possit per haec commutari pena pecuniaria iam incursa ex fratre voto penalis? num. 14. An tempore iubilei possit confessor commutare votum in id commutatio esse, id quod vir doctus iudicari commutandum: & si hic frater votum, antequam vir doctus declararet, peccet in illud? num. 15. An transactio iubilei possit commutari vota, quauis quis immemor commutationis non petijt, si confessor generaliter vota commutari? num. 16. Quid, si ea commutatio generalis non facta est? num. 17. Quid, si voti memor noluit commutationem petere? num. 18. Quid, si tempore iubilei hic non est factus, qd non inuenit in se culpa aliquam lethalem? num. 19. An si intebat lucrari iubilei, quae postea non obtinuit, reindeat in excommunicatione reseruatam a quibus est absolutus? num. 20. An si oblitus tunc sit alicuius, extineta maneat reseruatio? num. 21. An reuiscant vota virtute illius commutata, quauis confessor commutari in ea, quae vir doctus prescripserit? num. 22. Quid, si nulla commutatio facta sit tempore iubilei? num. 23. Quid culpam committat hic non lucrans postea iubileum? num. 24. An commutatio haec virtute bullae, vel iubilei debet necessarium in confessione sacramentali fieri? num. 25.

Remittenda est clausula bullae huius commutationem votorum concedens, & clausula iubilei. Clausula bullae Cruciatam sic se habet. Possint eligere confessorem ex approbato, ac ordinario, & ab eo quorumcumque peccatorum, & censurarum: & absolutionem recipere: & illa vota omnia, ultra marino, castitatis, & religionis dicitur excepta, in aliquod subsidium huius expeditionis per eundem confessorem commutari possunt. Clausula vero iubilei plenissimi, qui solet concedi petitis tribus diebus ieiunij, confessione, communi oratione, & elemosyna sic se habet. Possint approbato presbyteros eligere, qui eorum confessionibus diligenter

ligenter audiri debet: & valent ipsos a quibusvis peccatis, & criminibus, &c. absoluerit: ac vota quaecumque ab eis emissis, castitatis, & religionis demittat: exceptis, in alia potestatis operis commutari. Quare constat amplioris esse elatulum iudicium clausulae bullae. Per hanc enim non conceduntur vota Hierosolymitana peregrinationis, & religionis, ac castitatis, cetera vero reservata conceduntur. Nec commutatio in quocumque opus pium conceditur, sed in subsidium belli. Per illam vero conceduntur omnia vota, demeritis solis castitatis, & religionis: & conceditur commutatio in quocumque opus pium. Sed circa illam bullae clausulam est difficultas de quo subsidio intelligatur. Vivaldus candelabro Sacram. 3. p. cap. 14. n. 39. refert Doctorem Deza e Societate Iesu virum doctissimum se presente in praesentibus publicis Concipi legisse, posse virtute bullae commutari vota in subsidium spirituale belli, quale sunt orationes pro felici bellieventu. Quod bulla absolute dicat, in subsidium belli: nec minoris efficaciam sit spirituale, sed maioris. Et ipse Vivaldus dicit hoc esse probabile. Idem tenet Lamas methodo curationis, 3. p. c. 4. §. 42. ad finem, limitans quando vota sunt personalia, & volens ita pauper est, ut non sit subsidium temporali erogandum. Et Antonius Gomez in bulla Crucata, clausula 10. num. 54. dicit posse virtute bullae commutari vota in subsidium belli, vel aliud opus pium, si volens pauper sit. Sed iure optimo hoc reprobat late Manuel addit. ad Cruciatam. §. 9. num. 109. dicens nomine subsidij intelligi temporale. Quod & fatentur omnes Doctores statim allegandi: & praxis ipsa satis testatur. Atque cum bulla orationibus contenta est, id expresse dicit. Ut constat ex alijs eiusdem bullae clausulis. At maior difficultas est, an tota commutatio debeat esse in id belli subsidium. Id enim necessarium videtur: quia non amplius bulla concedit, quam in subsidium belli commutare. Et ita affirmant Sotus lib. 7. de iust. quaest. 4. art. 3. ad finem corporis. vers. rursus circa eadem. Aragon. 2. 2. quaest. 88. art. 12. col. 5. vers. & ad argumentum Ludouici Lopez. 2. p. instructio, vbi de clausibus. cap. 9. ad finem. Et sunt etiam eiusdem sententiae alij dicentes hanc commutationem faciendam in temporale belli subsidium. Hi sunt Navarro summa Lat. cap. 11. num. 80. vers. admodum in super. Hispana. cap. 2. 8. ad additionem eiusdem. Corduba summa. q. 149.

150. Angles floribus. 2. p. vbi de voto. q. v. nica. art. 8. diff. 7. Garnica in expositione bullae. folio 44. Vega 2. tomo summa cap. 129. casu 106. Manuel in bulla Crucata. §. 9. num. 109. Et addit. ad eundem. §. nu. 109. Ludouicus Lopez. 1. p. instructio, cap. 30. col. 3. vers. commutatio voti. At probabilius mihi est, posse virtute eius bullae vota commutari, partim in temporale belli subsidium: & partim in alia quavis pietatis opera. Quod non obscure significant verba ipsius bullae, ibi: *in aliquod subsidium huius expeditionis commutari*. Quasi dicat aliquam commutationis partem debere esse in eleemosynam pro belli expeditione. Et hanc esse mentem, vel inde colligitur: quod sic maior quantitas in id subsidium congeratur. Quae Regis Hispaniae bullam imperantis intentio est. Quippe si commutatio sit necessarii facienda omnino in id subsidium, rari videntur eo privilegio: quia vel carebunt pecunia, & quali bonitati rei promissa. (Sic enim est facienda commutatio: cum nulla concedatur dispensandi potestas.) Vel nolent tantam pecuniam quantitatem contribuere. Et confirmatur, quia hanc ratione concedit Pontifex vna cum bulla Crucata bullam compositionis, contentus minori multo summa, quam revera est debita, ut vel sic illa remissione attrahi de bitores incertorum contribuant partem in eiusdem belli subsidium. Et ideo hanc partem sustinent Henriquez lib. 7. de indulgentijs. cap. 30. num. 6. Vivaldus candelabro Sacram. 3. part. cap. 14. num. 39. & alij viri doctissimi neoterici. Et apertis verbis idem sentit Azor lib. 11. institutionum moralium. cap. 18. quaest. 9. fine, quarens enim quid facturus sit pauper carens pecunijs ad bullae commutationem, respondet oportere, ut de eleemosynam exigam pauperati partem. At si necessarii esset commutatio facienda omnino in hanc eleemosynam, non posset hic gaudere eo bullae privilegio: sicut nec potest bulla frui, si careat nummis necessarijs ad eam accipiendam. Non tamen exitimo sufficere minimam pecuniam quantitatem, facta reliqua commutatione in opera pia. Quia videtur id intentioni bullae aduersari, quae potius spectauit commutationem in id belli subsidium: sed eam prudentis confessoris arbitrio librandam in speciebus grauitate voti commutandi, ac facultatibus vouentis. Id has potius attendendas credo. Ut expresse significat Azor in verbis ex ipso proximè citatis.

Quia

Quia mens Pontificis est, ut omnes accipientes bulla eo privilegio frui possint, contributa aliqua eleemosyna pauperati pari: ut vel sic copiosior ex multis eleemosynis, quibusdam minutis, alijs vero gloriosioribus in belli expeditionem cogatur.

2. Hoc praemisso videtur in nullo euentu vota pertinencia ad castitatem, & religionem, quantum ad vera perfectionem deficiat, & ideo Episcopi dispensationi subdantur, posse commutari virtute bullae, vel iubilaei. Quod ideo possit Episcopus in illis dispensare, quia seculi reservatione poterat iure communitate, & ideo reservatio tanquam eius auferens, sit odiosa, ac restringenda. (ut diximus disp. 9. nu. 3. & 5.) Quae ratio nullatenus militat in his privilegijs, nisi seclusis commutaturis nil poterat atque privilegia haec nil circa ea vota concedunt: imò expresse illa excipiuntur in eis. Non ergo est cur dicamus eam exceptionem restringendam esse ad vota absoluta, & omnino perfecta castitatis, ac religionis. Et confirmatur, quia privilegia haec bullae, & iubilaei sunt tanquam odiosa strictè intelligenda. (ut probauit disp. 2. num. 7.) At maxima esset haec extensio.

3. Verum quibus haec rationes non modicum videntur, dicendum est posse virtute bullae, vel iubilaei, haec vota commutari, quoties ita à vera votorum castitatis, ac religionis perfectione deficiat, ut possit in eis Episcopus dispensare. Quia aperta Pontificis mens est, in ea exceptione vota haec reservare, in solo casu, in quo Pontifici referantur. Et ita praxis explicuit: & constat ex corollarijs statim inferendis. At quando de concedendis mente constat, extendenda est dispensatio quantumvis odiosa ad eos casus. (ut dixi disput. 1. nu. 11. Et confirmatur, quia haec vota non sunt in iure reservata, sed eorum reservatio inde deducitur, quod in his privilegijs, ac similibus concedentibus commutationem, aut dispensationem votorum, semper haec vota excipiuntur. (ut diximus disp. 9. nu. 11.) Ergo eo modo, quo in his privilegijs excipiuntur, sunt reservata Papae, nec potest in eis Episcopus dispensare. Signum ergo apertum est, per hanc exceptionem non excludi ea vota, quoties non tenentur Papae reservata.

4. Hinc deducitur posse per bullam, vel iubilaeum commutari votum temporale castitatis, ut ad annum, vel aliud tempus limitatum. Et docent loquentes de bulla Henriquez lib. 7. de indulgentijs. c. 30. nu. 6. Ve-

ga. 2. tomo summa. c. 129. casu 34. Manuel in bulla Crucata. §. 9. nu. 120. Et similiter votum castitatis coniugalis. Et votum non petendi debiti, etiam ex alterius coniugis licentia facti: imò quando vterque coniux communi consensu vouerit, nec petere, nec recedere. Et loquentes de voto non petendi, & per bullam, docet Manuel. 2. tomo summa. c. 90. nu. 3. Et votum virginitalis seruandae, quando constat non esse castitatis, sed solius integritatis corporis seruandae. Similiter votum non nubendi. Et docent Henriquez lib. 7. de indulgentijs. c. 30. nu. 6. Manuel. 2. tom. sum. c. 96. nu. 2. & 5. & in bulla Crucata. §. 9. nu. 121. Ludouicus Lopez. 2. p. instructio, vbi de clausibus. cap. 9. col. 10. vers. adde quod. Aragon. 2. 2. q. 88. artic. 7. col. 18. vers. sed dubitabit aliquis. Vivaldus candelabro Sacram. 3. p. c. 14. nu. 42. Quod in tellige iuxta limitationem, qua posui disp. 9. nu. 12. Et votum assumendi ordinis sacri, sic Henriquez ibid. Manuel eod. §. 9. nu. 122. Vivaldus eod. c. 14. nu. 43. Beia in suis responsionibus, casu 28. Lud. Lopez eod. c. 9. col. penult. Vega 2. tomo summa. cap. 129. casu 34. Et votum diuini studij, cuius altera pars est reservata, ut castitatis, vel assumendi ordinis sacri, si nondum pars reservata electa sit. Et votum assumendi habitus beatarum. Sic Henriquez ibi, Vivaldus eod. c. 14. nu. 44. Et votum ingrediendi ordinem militarium, excepto ordine D. Ioannis, quantumvis Ludouicus Lopez. d. c. 9. ad finem, teneat votum horum ordinum militarium reservari. Quem reprobauit disp. 9. nu. 16. Et votum perseverandi in religione, ut tempore nouitatus liceat ex causa iusta egredi. Et tandem potest commutari, ut votum religionis non impleatur tempore praesentis, sed aliquando eius executio differatur. Ratio horum omnium est. Quia reservatio votorum castitatis, & religionis non extenditur ad hos casus, sed in omnibus illis haec vota subduntur dispensationi Episcopi. (ut late probauit disp. 9. nu. 6. vsque ad 19.) unde consequenter iuxta regulam traditam. num. praecedenti subduntur quoque commutationi bullae, & iubilaei.

Secundo deducitur, quid dicendum de voto strictioris religionis, ut volens ad laxiorem transeat. Ludouicus Lopez. 2. p. instructio, vbi de clausibus. c. 9. ad finem, refert quendam Doctorem sensisse id posse commutari per bullam. Quia in eo potest Episcopus dispensare. (ut probauit disp. 9. nu. 17.) Sed ipse tenet contrarium. Quod

bullam

bullarum concedat commutationem in temporale belli subsidium. Atque ita hanc commutationem non negaret virtute iubei, qui in quoque; opus pium commutari vota coeedit. (vt diximus nu. 1.) At posse quoque per bullam commutari, erogata aliqua elemosyna in belli subsidium, quae suppleat eum religionis strictioris excessum, vel ad litis cum hac elemosyna alijs operibus pijs, quibus suppleatur, est mihi probabilis. Quia (vt num. 1. probauimus) non est necessarium totam commutationem in belli subsidium fieri, sed partem. Quod hic feruatur.

Terrio deducitur, si Pontificis prescripto sint haec vota castitatis, ac religionis, commutata in materiam non reseruatam, vt in confessiones mensuras, & alta pietatis opera (vt fieri solet) posse eam materiam non reseruatam commutari per bullam, vel iubileum. Quia in ea potest Episcopus dispensare. (vt probauimus disp. 9. num. 20.) Nec obstat haec commutationi esse iam semel in eam materiam commutatum. Vt bene tradunt Corduba summa. q. 150. Vega. 2. tomo summa. cap. 129. casu 110. Azor lib. 1. institut. moral. c. 8. quaest. 11.

Quarto deducitur, vota castitatis emissia a coniugatis posse omnino commutari per bullam, vel iubileum, in ijs omnibus casibus, in quibus eo deficiat a ratione voti castitatis perfecta, diximus posse in ijs dispensare omnino Episcopum, tota disput. 11. Quia in ijs casibus non sunt vota absolute castitatis. Et ideo Aragon. 2. 2. q. 88. art. 8. dubio ultimo ait posse virtute bullae Cruciatae commutari votum castitatis emissum ab altero coniuge absque alterius licentia. Quod non censetur votum absolute continentiae.

Quinto deducitur, vota penalia castitatis, & religionis, posse per bullam, & iubileum commutari, etiam impleta conditione. Quia tunc etiam non sunt reseruatia, sed Episcopus in eis dispensat. Iuxta veriore sententiam, quam tenuimus disp. 10. nu. 8. Et ita tenent in casu, in quo potest Episcopus in eis dispensare, Corduba sum. q. 151. Metina lib. 1. summa. c. 14. §. 6. Perez lib. 8. Ordinar. tit. 19. l. 37. ad finem. Alcozer lib. de ludo. c. 13. concl. 9. Hériquez lib. 7. de indulgentijs. c. 30. nu. 6. Aragon. 2. 1. q. 88. art. 12. col. 8. vers. si quis autem quaeratur. Manuel in bulla Cruciatia. §. 9. n. 124. Beia in suis responsionibus, casu 28. Lud. Lopez 1. p. in instruorij. c. 44. col. 2. vers. si autem sub forma, & 2. p. vbi de clauibus. c. 9. col.

12. Vega 2. tomo summa. c. 129. casu 10. & 114. Consulto retuli hos dicere posse commutari per bullam, casu quo in ijs votis potest Episcopus dispensare. Quia aliqui ex illis censent non posse Episcopum dispensare impleta conditione, secus ante impletam; & idem dicunt per bullam; alij vero censent posse ante, & post; & idem dicunt de commutatione per bullam. Et idem dicendum est de his votis, quando sunt vere conditionalia. Quia in ijs quoque posse Episcopum adhuc impleta conditione dispensare, diximus disput. 11. num. 13.

Sexto deducitur, non esse credendum Virtualdo in candelabro Sacram. 3. p. c. 14. nu. 41. dicenti posse virtute bullae, vel iubei commutari votum castitatis quando post illud est matrimonium contractum, vt possit ille vouens petere debitum. Quia in hoc potest Episcopus dispensare. (vt diximus disp. 12. nu. 4.) Sed ei credendum non est. Quia (vt eo. nu. 4. diximus) Episcopus non potest in hoc dispensare iure ordinario, & ex natura reservationis, sed est id solius Pontificis; & sola consuetudo iurisdictionem in hoc tribuit, quae id non obtinuit per bullam, aut iubileum.

Septimo deducitur, nec posse per bullam, aut iubileum haec vota commutari, in casibus, in quibus Episcopi possunt in eis dispensare, ratione solius necessitatis, quos retuli disp. 9. nu. 21. & 23. Quod probauimus lib. 2. disp. 40. num. 9. & ultra Doctores ibi relatos tenet Manuel. q. regular. tomo 1. q. 41. art. 9. & quaest. 63. art. 6.

Octauo inferitur, quid dicendum sit de iuramentis religionis, & castitatis. Circa quae sic distinguendum censeo: Si ea sint penalia, aut vere conditionalia, credo posse commutari per bullam, aut iubileum; sicut de similibus votis dixi nu. 8. siue conditio impleta sit, siue non, Ducor, quod habens privilegium commutandi vota, possit similia iuramenta facta Deo commutare. (vt iuxta veriore sententiam diximus disp. 2. num. 28.) Cum ergo per bullam, & iubileum possint commutari vota penalia, & vere conditionalia castitatis, & religionis, poterunt quoque, similia iuramenta. Vtrum autem sit dicendum idem, si ad sint iuramentum, & votum simul dixi disput. 2. num. 23. Quod si ea iuramenta sint absoluta, credo non posse commutari virtute bullae, vel iubei, etiam in casu, in quo non claudunt in se votum. Quauis enim disputat. 13. num. 5. dixerimus posse in eis Episcopum dis-

pensare:

pensare; & tandem videatur dicendum iuxta regulam, num. 3. traditam posse quoque per dicta bulla, vel iubileum privilegia commutari, at re bene inspecta contrarium est dicendum. Quia bulla, vel iubileum, nil coeedit circumscriptionum commutationem, sed ea potestatem deduximus ex potestate circa vota similia, nempe, absoluta castitatis, aut religionis, non est vnde colligamus potestatem hanc circa ea iuramenta commutanda. Nec obstat regula num. 3. tradita. Quia agit de votis, quae expressè in bulla, & iubilaeo conceduntur, in casibus in quibus subsunt dispensationi Episcopi.

Vtrum autem possit fieri dicta commutatio votorum, & iuramentorum per bullam, & iubileum, quauis prius impetrare dispensationem, aut commutationem à Pontifice; vel Pontifex aditus deneget: vel prius noluerit confessor, sed remiserit ad Pontificem, cui penitens iam se praesentauit; vel quauis sciat Pontificem nunquam velle commutare, nisi in quadam certa opera; diximus disput. praecedent. i. num. 7. & 8.

Demum supersunt aliquae difficultates dissoluae. Prima est, an commissarius bullae Cruciatae possit dispensare ad petendum debitum cum coniuge, cui id interdicitur ratione affinitatis, aut cognationis spiritualis contractae cum altero coniuge? Et quando id impedimentum ex affinitate coniugis, certum est eum posse: vt constat ex facultatibus ipsi concessis in bulla Cruciatia Latina. Et bene aduertit Manuel 1. tomo summa. 2. editione. cap. 243. num. 12. & additio ad bullam. §. 13. nu. 17. Qui addit in hoc posteriori loco posse quoque quando impedimentum coniugis ex cognatione spirituali. Ducitur, quod cum concessio dispensandi in impedimento affinitatis sit fauorabilis, extendenda est ad huc casum, qui minor est, ac in eo maior dispensandi ratio inuenitur. At id non credo. Quia cum sint diuersae rationis impedimenta, nec in verbis concessionis vnus possit alterum comprehendere: non potest concessio vnus ad alterum protrahi. Potestas enim dispensandi, quae fauorabilis est, ac extendenda non protrahitur ad casus, qui sub concessione verbis non possunt comprehendere: vt dixi disput. 2. num. 2.

Secunda difficultas est. An concedente Pontifice facultatem confessorio, vt commutet quoddam votum, quod quidam e-

miserat dandi certam elemosynam quotidie pauperibus, & quia magnam quantitatem debebat, remisit partem, iniungens, vt aliam partem tribuat, possit per bullam pars illa debita, aut per iubileum commutari? Azor lib. 11. institution. moralium. c. 18. quaest. 11. sine, ait posse commutari votum, quod in futuro re-feratur, at non posse eam pecuniam partem, quam iussu Pontificis soluere cogitur, remittere ex toto, aut ex parte. Atque generaliter tradit non esse idem commutare votum, eo quod votum non sit solutum. Et proinde videtur sententiam ex fractione voti incursum non posse commutari virtute bullae, aut iubei. Quod expressè tenent Nauarr. lib. 3. consiliorum tit. de voto, in priori editione, c. 61. §. 3. per totum, in posteriori, consil. to. 3. 2. Graffis 1. par. decisionum, lib. 2. cap. 28. num. 5. vt si quis promisit se non iuratum sub poena dandi certam elemosynam, & fregit votum, non poterit commutari elemosyna illa ex violato voto debita. Probatque Nauarr. Quod haec privilegia solam voti commutationem indulgeant. At aliud est commutare votum, & commutare poenam ex voti fractione debitam. Et confirmat, quia hanc poenam non produxit votum, sed eius violatio. Tandem, quia aliud est obligatio ad poenam incursum ratione violati voti; & aliud est voti ipsum. At dicta privilegia tantum concedunt commutari votum, nulla facta mentione poenarum incursum. Sed vt meam sententiam explicem, incipiens ab hac posteriori parte, existimo elemosynam illam debitam virtute illius voti penalis, ex eius violatione: vel etiam ex voto directo, vt si quis promississet quotidie certam elemosynam, quam multis diebus non soluit, posse commutari virtute bullae, vel iubei, sicut & ipsum votum. Ducor, quod in vtroque; exemplo poena debeat virtute voti, quo ad illam se vouens obligauit: nec in voto illo penali debeat ea poena ex mera voti fractione, sed ex vi voti, quo vouens se ad illam altrinxit, casu quo violasset votum: atque ita secluso eo voto eam non deberet. At Pontifex in his privilegijs nullum ex his votis excepit. Nec fuit opus, vt Pontifex in ijs privilegijs mentionem faceret poenarum incursum ex voti violatione: Quia satis est illas ex merito voti deberi: & Papam concedere facultatem circa vota. Et confirmatur, quia ferè omnes Doctores fatentur hinc temporibus posse virtu-

te bul-

te bulla, vel iubei commutari votum peccate castitatis, & religionis, etiam iam poena incurfa, non tantum quoad votum in posterum, sed etiam quoad poenam iam ex voti violatione debitam: (vt num. 8. diximus,) & qui id negant, non incurrunt poenam iam incurfa, sed iam esse votum absolute rei referunt, nempe, castitatis, aut religionis, eos ducit ad negandam hanc potestatem. Nil ergo refert, iam poenam pecuniam debitam esse ex voti transgressionem, vt ob id negemus potestatem hanc commutandi. Deinde quia licet aliud sit votum commutare, & pecuniam iam debitas ex voto, ad hunc sensum, vt ex sola voti commutatione, aut dispensatione, non censentur illa pecunia commutata, aut remissa, quia ea dispensatio, aut commutatio absolute facta, intelligitur de voti obligatione in posterum: at non sunt vere diuersa quoad potestatem commutandi, aut dispensationem absolute concessam circa vota. Cum enim eade sit voti obligatio quoad pecuniam iam debitam ex fractione voti, vel debendas, ea potestas ad vtrique se extendit. Quoad priorem autem partem, quoad, nempe, Papa remisit solam pecuniam partem debitam, iniungens vt reliquam solueret: sic distinguendum est, si confessarius ille limitatum habuit potestatem a Pontifice commutandi id votum, facta relaxatione partis elemosynae debita, per ipsum Papam, manifestum est non posse confessarium virtute eius facultatis, aliquid disponere circa poenam elemosynae debita, in se per Pontificem solui. Quia fuit commissio limitata. Insuper nullus inferior etiam Episcopus poterit circa illam dispensare, nisi ex noua causa. Iuxta dicta disput. praecedenti num. 5. quia iam Pontifex denegauit huic dispensationem circa reliqua partem poenae. At credo posse commutari facultate ordinaria, aut per bullam, vel iubeum: imo si esset in manifesto melius, per ipsum tem vouentem, propria autoritate. Quia Pontifex non denegauit commutationem, sed remissionem: nec praepcepto illo suo nouum vinculum implenda illius poenae imposuit, sed noluit in vinculo voti dispensare. Remanet ergo poena illa tantquam ex voto debita, subiecta commutationi habentis absolutam facultatem ordinariam, vel ex privilegio, commutandi vota. Et cum solus Deus cui votum factum est, sit creditor illius elemosynae, poterit ea commutari ab ipso tem vouente in re ma-

nifeste Deo gratiore: remota veriori opinione tenenti per hanc vota non acquiri ius parti, in cuius utilitate cedere debet elemosyna, antequam ipsi intimerent, sed soli Deo.

Tertia difficultas est, an tempore quo durat iubeus, aut bulla possit confessarius votum commutare, dicendo sic: Com muto, tibi ex nunc hoc votum in id, quod quidam vir doctus iudicavit commutandum? Responderetur affirmatiue, & posse confessarium transacto tempore iubei, aut bullae, materiam determinare. Quia vir doctus non commutat, sed tantum declarat materiam, in quam confessarius vere commutauit. Hic enim saquam delegatus non potest subdelegare. Sic ait in quodam simili Nauar. summa cap. 26. num. 13. Et in proprijs terminis docent Manuel addit, ad bullam. §. 9. num. 15. Viualdus candelab. Sacram. 3. par. cap. 14. num. 40. Graffius 1. p. decisionum, lib. 4. cap. 15. num. 47. Subdit Manuel ibidem, hunc fore reum voti violati, si illi contraueniat, antequam vir doctus declarat materiam. Quod commutationis executio fit in pendenti, donec vir doctus determinet materiam. Sicut dum Papa dispensat, committens ordinario, vel confessori examen veritatis precum, reus hic voti esset, illi contraueniens, antequam illi declararet. Sed hoc additum non credo: existimo enim hunc non fore reum voti, contraueniendo illi, ante declarationem illius viri docti. Neque est simile exemplum adductum. Quia animus Pontificis non est omnino dispensare, sed vel delegare ordinario, aut confessori, vt dispenset veritate precum praecognita: vel saltem dispensationis vim suspendere vsq; ad id tempus. Qui animus vel inde colligitur: quia ad recte dispensandum desideratur praecognitio veritatis precum. At non ea mens confessoris est. Quia nec potest delegare: nec aliquod cause exami praemittere necesse est, vt ideo dicamus confessarii commutationem esse in pendenti. Sed ipse re vera commutat: ac subinde obligationem voti extinguit circa materiam prius promissam, eam transferens in materiam, quam vir doctus subrogandam iudicari.

Quarta difficultas. An transacto iubei tempore possint commutari vota ante illud emissum, nec tunc commutata? Quod magni momenti est scire, propter vota peregrinationis Hierosolymitanam, Romanam, ac Copostellanam, quae commutari in quocunq;

opus

opus plura concedit: quae alias soli Pontifici referuntur. Et contingit vouentem obtinuisse postea iubeum, nec tunc petisse dispensationem. Supponenda autem est clausula iubei. Prius enim tempus praecribit, intra quod diligenter sunt exequenda, ad illum comparandum: & tunc dicit, *Primo hebdomada, vel altera subsequenti a Die publicationis*. At dum descendit ad indulgentias concessas, sic ait absq; limitatione aliqua temporis. *Concedimus vt possint hac vice tam idoneos presbyteros approbatos eligere, qui eorum confessionibus diligenter auditis licite valeant ipsos absolueri. Etsi ac vota commutare, &c.* Et quidem si confessarius tempore iubei commutauit omnia penitentis vota, quae virtute illius conceduntur (quod potest facere commutando ex tunc, in id quod ipse, vel alius iudicari, quando penitens voti emissi memor fuerit iuxta non. praecedenti dicta.) non est dubium quin referuatio tollatur. Quia iam tempore habili vota commutata sunt, sola materia subroganda declaratione in posterum relicta. (vt num. praecedenti probauit.) Atque ita in simili loquentes de absolute generali a censuris referuatis, & dispensatione in irregularitatibus tradunt Rosella verb. confessio. 2. nu. 9. Angelus verb. confessio. 1. nu. 12. Sylua verb. confessio. 1. q. 4. Nauar. summa cap. 26. num. 13. Maiolus lib. 4. de irregular. cap. 31. nu. 6. Henriquez lib. 4. de irregular. cap. 17. num. 4. sine. Sayro thesauro casuum, tomo 1. lib. 7. cap. 14. num. 8. & 9. vbi tradunt generalem absolusionem, aut dispensationem virtute privilegij factam extendi ad oblita: ac proinde quandoque postea in mentem venerint, iam cessasse referuationem: nec esse amplius necessariam dispensationem in illis irregularitatibus oblitis. Quare colligitur sanam semper consilium esse, vt tempore, quo iubeus, aut aliud privilegium durat, faciant penitentes secum dispensari, & se absolui, quantum extenditur potestas confessoris, vt sic gaudeant dicto beneficio quoad oblita.

Maior difficultas est, quando ea commutatio generalis non praecessit, sed aut nulla vota commutata sunt, aut ea sola, quae penitens confessoris detegit. Et quidem Rosella, Sylua, Sayro num. praecedenti allegati loquentes de absolusione a referuatis, & dispensatione in irregularitatibus, dicunt adendum esse superiorem, cuius erat ea absoludio, & dispensatio, quoties

tempore iubei non praemissa est generalis absoludio, aut dispensatio. Et potest probari. Quia cum iam tempus iubei transactum sit, cessauit id privilegium pro eo solo tempore concessum. Verum dicendum est, posse transacto iubei tempore commutari vota oblita, quae tempore iubei commutari poterant: ac dispensari in irregularitatibus, & absolusionem a referuatis impendi. Quod docent Stunica. q. 5. de voto num. 39. Henriquez lib. 7. de indulgentijs cap. 1. r. num. 4. Emmanuel Sa summa verb. indulgentia. nu. 14. & alij neoterici docti. Huius rationem reddit Emmanuel Sa, quod cepta semel causa, maneat delegati potestas, donec ea causa terminetur. At quando penitens tempore iubei factus est ad eum comparandum, quantum confessione perfecit, quasi cepta manet causa quoad omnes casus praeteritos concessos in eo iubeo, ra quoad absolusionem, quam quoad dispensationem. Ergo quandoque in mentem venerint, potest confessor tanquam causam prosequens absolueri ab illis, aut in illis dispensari. Sed haec ratio corrui. Quia licet potestas delegati quoad negotia cepta non cesset delegantis morte cap. licet vndiq; de offic. deleg. ac quando ad praefixum terminum concessa est, finitur omnino transacto termino, etiam quoad res inceptas, nisi terminus praefixus ante eius transitum communi partium consensu prorogetur. Vt expressè deciditur cap. de causis, de offic. deleg. Potestas ergo ea concessa confessario pro iubei tempore, & finita tunc confessione, expirabit prorsus eo transacto. Quare id fundamentum tantum posset habere verum, quando intra iubei tempus cepta est confessio: & ex causa consentientibus confessario, & penitente, differtur reliqua confessionis pars, aut absoludio. In quo etiam casu id fundamentum afferunt idem Emmanuel Sa ibidem, & Henriquez lib. 7. de indulgentijs cap. 1. r. numer. 3. Quia tunc prorogatur iurisdictione ex partu consensu. Vnde legitima ratio est. Quamuis opera in iubeo praescripta ad eius assentionem, alligentur tempori designato in eo, ita vt eo tempore transacto fieri nequeant: at ijs factis in illo tempore, consequens iubeum comparat privilegium, vt absoluator ab omnibus referuatis, & in quibusdam secum dispensetur, & vt commutentur ei vota vsq; ad iubei tempus emissum. Quod vtrique privilegium tempori

K k k

certo

certo strictum non est. Ut constat ex iubilaei tenore num. praecedenti relato, qui sola opera temporis alligavit. Sicut si Pontifex eroganti certo die elemosinam concedat privilegium aliquod, erogatio alligatur temporis, privilegium autem minime. Et confirmatur, quia in bulla Cruciatu Pontifex expressit finito anno cessare eius privilegia. At in iubilaeo id non expressit. Secundò, quia ratio ob quam communiter doctores asserunt peccata tempore iubilaei oblita non manere eo transacto reservata, non est eò quòd penitens sit ab eis tempore illo iubilaei indirectè absolutus, dum à cæteris confessis absolutus est (ut bene probat Suarez 4. p. vbi de sacram. penitentiae disputat. 31. se. 4. num. 13.) & constat, quia si quis fateatur superiori quasi privatu confessario, absq; intentione aliqua casuum reservatoru: eò quòd nullum credebat se habere: & simili modo absolueretur à superiore, manifestum est non ob id peccatum reservatum obliti amittere reservationem (ut ibi probat Suarez num. 18.) cum tamen sit penitens ille indirectè ab eo reservato absolutus. Sed legitima ratio est, (ut bene tradit ibi Suarez num. 20.) quia ius acquisitum penitens per ipsum iubileum, ut postea postea liberè cuius confessario reservata oblita fieri. Quæ ratio etiam in hoc casu militat. Similiter enim dicemus per illum iubilaei acquisisse hunc libertatem à reservatione votorum. Cum eodem profus tenore vota reservata, ac peccata concedantur. Sed dices iubileum tantum concedere facultatem pro vna vice eligendi confessoris, qui absoluat à reservatis, & vota commutet. Et illi soli confessori videtur data hæc facultas. At penitens iam tempore iubilaei eligit confessorem, qui perfectè functus est tunc numero suo. Ergo nec illum, nec alterum poterit postea eligere, ut vota commutet. Sed respondeo cum Suarez ea. se. 4. num. 21. illam distinctionem confessionum esse quasi materialem. Omnes enim complent quasi vnum integrum ministrum, à quò directè omnia illa peccata tolluntur, ac vota commutantur, vsq; ad id iubilaei tempus facta.

Hinc deducitur primò quantum tempore iubilaei penitens voti emissi memor noluerit petere commutationem, posse eum transacto iubilaeo eam petere: atq; idem dico de dispensatione in irregularitate, ac ceteris in iubilaeo cum cessat. Ita sentiunt aliqui

neoterici docti contra alios neotericos. Ducor, quia & si semel noluerit eo privilegio uti, cum tamen id perpetuum sit, nec temporis alligatum pro casibus ante iubileum admisis, potest mutata sententia eo uti. Ut dicemus disput. 32. num. 2.

Secundò deducitur, quid dicendum sit quando ille nullam confessionem fecit tempore iubilaei, eò quòd præmissa sufficienti conscientiae discussione, nullius culpa mortalis meminit, implevit tamen cætera opera in iubilaeo perita. In quo euentu & si cõmunior, ac verior opinio habeat hunc non lucrari iubilaeu: at est probabilè oppositum. Ut censet Henriquez lib. 7. de indulgentijs cap. 12. num. 2. vbi tantum ratiorem vocat contrariam sententiam, ac vtriusq; auctores refert. Retenta ergo hac opinione probabilè asserenti hunc comparasse iubilaeum, adque sentit Henriquez lib. 6. de poenit. c. 16. num. 6. hunc non posse transacto iubilaeo absoluti à reservatis oblitis tempore iubilaei, nec vota eius commutari. Quia iam tempus delegationis præterijt, nec causa interior illud cæpta est. At merito alij neoterici docti, quos refert Henriquez eo num. 6. in commento, litera H. dicunt posse. Quia si meli obtentus iubilaeus dat ius omni tempore eligendi confessoris, pro ijs, quæ vsq; ad tempus iubilaei finitum reservata erant (ut nu. 17. probauimus.) At vera esset contraria sententia, si posse postea absoluti hæc à reservatis, eiusve vota commutari, iniretur et rationi, quæ ibi impugnavimus, nitirum, potestatem vsq; ad certu terminu delegatam non expirare eius lapsu, quoad solas causas cæptas. Cum enim in hoc casu causa nullo modo cæpta sit tempore iubilaei, expirasset omnino privilegium per iubileum concessum.

Quinta difficultas est. An si hic absolutus est à reservatis, ac votorum commutationem virtute iubilaei, quem lucrari intendebat, obtinuit, illu postea non lucratur, maneat liber à reservatis, à quibus absolutus est, & à votis commutatis? Et primò si verè eum non intendebat lucrari, manifestu est à neutro eum liberu manere. Quòd Papa iubilaei privilegia minime concedat, nisi in ordine ad illum obtinendum. Non ergo ijs gaudebit, qui nequaquam illu obtinere intendit. Quando autem tempore absolutionis intendebat lucrari, & postea verè non lucratus est, affirmant quidam hæc recidere in pristinum casuum reservatione. Quòd absolutio abijs tacitam habeat con-

ditionem,

ditionem, si postea iubilaeus obtineatur, virtute cuius impensa est. Sic Angles floribus 1. p. vbi de confessione q. 3. art. 5. diffinit. 4. Manuel in bulla Cruciatu. §. 2. nu. 8. & alij neoterici, quos tacito nomine refert Corduba statim allegandus. At verius est, reservationem non reuiviscere, sed manere illam verè absolutum. Quia quantum ea absolutio impertita fuerit in ordine ad futuram iubilaei consecutionem, at non dependet ab ea, ut à conditione de futuro: sic enim absolute nefas est. Nec absolutio illa à censuris data est ad reincidentiam. Id enim iubilaeus non explicat, & quòd id Pontifex intendit, solet exprimere. Ut constat ex cap. eos, qui de sentent. excom. in 6. Et ideò hæc partem videtur expressè tenere Nauar. summa cap. 26. nu. 12. Et expresse tenent idem Nauar. miscellanea 93. de oratione nu. 2. Corduba summa q. 21. Henriquez lib. 6. de poenit. cap. 16. nu. 6. & lib. 7. de indulg. cap. 11. nu. 4. Suarez tomo 4. vbi de confessione, disp. 31. se. 4. num. 5. & latius tomo 5. de censuris, disp. 7. se. 4. num. 30. vsq; ad 34. Manuel. 1. tomo summa 2. editione cap. 184. nu. 15. Vuald. cædel. sacram. 3. p. c. 124. nu. 59. & 60. Hugolinus de censuris, tabula 1. cap. 10. §. 4. nu. 4. Grassus 1. p. decisio num. lib. 4. cap. 15. nu. 37. Emanuel Sauma verb. absolutio nu. 19.

Sed dubitari potest, an si in ea confessione alicuius reservati oblitis sit, extincta sit reservatio, adeò ut possit ab illo à quocunq; confessario postea absoluti. Suarez 4. tomo, vbi de confessione, disp. 31. se. 4. nu. 2. ait esse valde probabile manere reservationem atq; in hanc partem magis inclinat. Quippe cum privilegium hoc ratione consecutionis iubilaei concessum sit, nõ videtur penitens eo privilegio posse frui, in ijs, quæ ad esse aut tempore iubilaei producta nõ sũt. Quale est ablatio reservationis peccati obliti. Hoc enim peccatum non est confessioni subiectum: & idè ex hac parte non est ablatio reservatio (non enim ad id sufficit absolutio indirectè ab illo: ut probauimus nu. 17.) Neq; alia via satisfactum est intentioni Pontificis reservantis: eum hic iubileum consecutus non sit, cuius virtute reservatio peccati obliti extinguenda erat. Sed merito idem Suarez ibi nu. 24. ait esse probabile extingui reservationem (quod ego probabilis existimo.) Quia cum confessio illa valida fuerit, (ut supponimus,) confessor absolvens

directè à peccatis confessis, & indirectè ab oblitis virtute iubilaei, intendit omnino adferre reservationem: cum absolutio in quantum potest, & re vera potest. Non est ergo cur dicamus eam reservationem reuiviscere, non obtento postea iubilaeo. Quamvis enim possit aliquis dicere eam non auferendam reservationis effectum non sacramentalem posse dependere à futuro euentu. At sic dependere nulla ratione fulcitur. Cum nil sub futuri euentus conditione concedatur in iubilaeo. Et ita sustinet Manuel. 1. tomo summa in 2. editione c. 184. nu. 15. Hoc tamen intelligi, si aliquam confessionem tempore iubilaei præmisit penitens: secus si nullam præmisit, eò quòd non habet conscientiam culpæ lethalis. Quia non est ablatio reservatio illa nisi per absolutionem sacramentalem tempore iubilaei factam, aut eo transacto virtute eius faciendam. At nulla tempore iubilaei facta est, nec eo transacto impendi potest. Quia privilegium vni non habet, eò quòd iubilaeus non est comparatus. Et confirmatur, quia iubilaeus non auferit ipso facto reservationem casuum, sed confert facultatem confessario auferendi media absolutione, quæ tunc non est impensa, nec modo impendi valet.

Si verò loquamur de votis tempore iubilaei commutatis: quidam censent ea non manere verè commutata, si postea iubilaeus non obtineatur. Quòd cum commutatio illa possit licite fieri sub conditione futuri euentus consecutionis iubilaei, ut potest, quæ sacramentalis non est, sic videtur concessa à Papa. At probabilius est, manere verè commutata. Quia eodem tenore absoluto, ac nulla conditione posita conceditur in iubilaeo absolutio à reservatis, & votorum commutatio. Ergo cum semel legitime facta fuerit, ac subinde extincta prioris voti obligatio, non est dicendum eam postea votorum obligationem reuiviscere, non obtento iubilaeo. Et ita sentiunt Henriquez vtroq; loco, Emmanuel Sa. Vualdus allegati nu. 20. Manuel. 1. tomo summa 2. editione cap. 184. nu. 15. Atq; idem credo de cæteris dispensationibus virtute iubilaei factis: ob eandem rationem. Et idem dicendum est, quantum confessarius tempore iubilaei commutavit vota, non præscribens opera subrogata, sed ea à se, vel ab alio postea præscribenda remittens, etiam si voti commutati non fuerit confectus confessarius, sed generaliter sic commutavit omnia

vota viq. tunc emissa a penitente, inquam potest virtute iubei. Quia vere facta est commutatio tempore iubei. Vt diximus num. 15.

23 At si tempore iubei nulla commutatio voti oblii facta est, non poterit postea eo non obtento fieri. Quia cum vere id voti commutatum non sit, nec circa illud aliqua actio virtute iubei exercita, & quando commutandum est, non extet privilegium, eo quod iubeus non sit comparatus, nullatenus poterit commutari.

24 Sed dubitabis, an hic, qui iubeum obtrahere intendens, obtinuit virtute illius absolutionem a reatu, & votorum commutationem, reus sit culpae, si postea mutata voluntate illum non comparet? Suarez 4.p. vbi de penitentia, disput. 3. l. 6. dicitur 4. num. 7. ait se probabiliter existimare grauem esse culpam. Quod id sit contra virtute pactum inclusum in eo beneficio recepto. Na absolutionem, ac commutans virtute iubei, censetur imponere onus exequendi necessaria ad eius consecutionem: idq. est tanquam penitentia in iudicio, & acceptata in satisfactioe pro talibus culpis. Verum quatenus hoc probabile sit, probabilis tamen credo nullam esse culpam. Quod alijs relatis sustinui lib. v. disput. 43. num. 9. Quod nulla ratione probetur id propositum transire in pactum, vel esse penitentiam acceptatam.

25 Vltima difficultas est. An haec commutatio votorum virtute bullae, vel iubei, debeat necessario audita confessione sacramentali fieri? Quibusdam videtur id exigi, quando virtute bullae Cruciate sit commutatio: Quod soli confessori approbato ab ordinario, & electo ab habenti bullam hanc facultas committatur. Item quia haec facultas conceditur in ordine ad internam, ac bonam animi dispositionem: Solum ergo datur intra penitentiae sacramentum.

Sic a fortiori tenebunt omnes, qui censent non posse absolutionem ab excommunicatione virtute bullae impendi extra confessionem. Atq. in proprijs terminis docent Manuel in bulla Cruciate, §. 9. num. 13. regula 9. Ludouicus Lopez 2. par. instructor. vbi de clauibus cap. 9. columna 9. Vega 2. tomo summa, cap. 129. casu 3. At multo probabilis est, non esse opus confessione. Quod bulla indolens id privilegium non dicat, auditis confessionibus. Nec rationes contrariae id exigi probant. Petitur enim in bulla vt commutatus vota sit confessor approbatus ab ordinario, non quasi necessario sit confessione audita, sed quia presumitur vir doctus, nec modica scientia desideratur ad hanc commutationem, quae in rem aequalem est facienda. Nec hanc facultatem concedi in ordine ad internam, ac bonam animi dispositionem, arguit concedi solum intra confessionem, sed tantum non concedi pro foro externo, sed pro solo interno consentia. Atq. hanc partem sustinebunt, qui censent absolutionem ab excommunicatione posse impendi virtute bullae extra confessionem. Et in proprijs terminis tenent Henriquez lib. 7. de indulgentijs cap. 30. nu. 6. Et tanquam probabile Manuel a. tomo summa cap. 199. num. 6. Et sero ex parte tenet Sorbus lib. 7. de iustitia. q. 4. ar. 3. colum. 9. vers. post hoc de privilegijs vbi ait dispensationem voti nil ad fori penitentiae pertinere, sed esse distinctam facultatem, quam Pontifex suscipienti bullam concedit. Maior difficultas est, an sit necessaria confessio, quando virtute iubei sit commutatio: Quia in eo dicitur, auditis confessionibus: vt constat ex eius clausula relata nu. 1. At credo etiam tunc non esse necessariam confessionem. Vel loquentes de privilegijs religiosorum, in quibus est eadem cautela, sustinebimus disp. sequenti num. vltimo. Et ibi contrarijs satisfaciemus.

DISPUT. DECIMASEXTA.

Quid possit fieri per religiosorum privilegia circa commutationem votorum castitatis, & religionis, ac aliorum, quae matrimonio obstat, eorumve dispensationem, ac petitionis debiti ratione voti, affinitatis, vel cognationis spiritualis contigui interdicta:

SVMMA RVM.

Proponitur privilegia religiosorum circa commutationem, & dispensationem votorum n. i.

Explicatur quando concedatur commutatio, & dispensatio circa vota castitatis, aut religionis, & alia matrimonio obstantia, per privilegia

legia religionis, & quanto denegetur. nu. 2. An possint religiosi dispensare in voto castitatis, & matrimonij emissio, ad peccatum debitum in 3. Quid, si nudaum est matrimonium consummatum? nu. 4. Et ibi, quid de prioribus bimestri, vel si alter in adultarium incidat? Quid, si votum castitatis est emissum post matrimonium? num. 5. Quid, si sit votum religionis, & non sit consummatum matrimonium? num. 6. Quid, circa iuramenta absoluta, aut conditionalia religionis, aut castitatis? num. 7. An possint religiosi dispensare ad perendum debitum, quando asinitur post matrimonium contracta est? num. 8. Quid, quando cognatio spiritualis? num. 9. An haec facultas religiosorum commutandi, aut dispensandi intelligatur cum sola subditis Episcopo diaecesis in qua sunt? num. 10. An haec commutatio, vel dispensatio sit facienda in confessione? num. 11.

Remittendum est, quae privilegia habeant circa hoc religiosi. Paulus III. concessit religiosis Societatis Iesu facultatem commutandi vota, his verbis. Conceditur facultas quoruncumque, vndeque, ad vos venientiam confessiones audiendi, & confessionibus disingener auditis, ab omnibus peccatis etiam sedis apostolicae reservatis, & a quibusvis ex ipsi casibus reseruatibus sententis, censuris, & penis exceptis, & ceteris in bulla conae absolventis, nec non & vota commutandi. Et Gregor. XIII. anno 1575. in sua bulla in fauorem Societatis Iesu concessa, iniepienci, ad perpetuam rei memoriam: decet Romanum Pontificem, hoc privilegium extendit ad vota iurata: his verbis. Insuper facultatem alias presbyteris Societatis praedictae a sede apostolica concessam commutandi vota, etiam ad iurata, dummodo commutatio huiusmodi in alterum praedictum non fiat, extendimus. Et pater noster Generalis in compendio nostrorum privilegiorum verb. commutatio. §. 2. communicat totam hanc facultatem omnibus confessorijs de Societate Iesu a superiore deputatis, & ab ordinario iuxta formam Tridentini approbatis. Excipiuntur autem in praedicta facultate Pauli III. quing. vota reservata, his verbis. Vota quaecumque, & iuramentum, & Azebedo alios referens lib. 1. Recopil. Regiae tit. 7. l. 2. o. nu. 2. Sed amplius hoc privilegium dispensandi circa vota concessum est. Vt constat ex compedio privilegiorum Societatis Iesu verb. dispensatio. §. 10. vbi sic dicitur. Per facultatem Benedictini concessam a Martino V. possum nostri confessores deputati dispensare in votis etiam Episcopo reservatis. Vbi pater noster Generalis ait hanc facultatem communicari omnibus superioribus, & alijs confessorijs, quibus ipsi eam commiserint.

Cruciata, vel iubileo: Amplius enim est, quia in bulla non conceditur facultas commutandi in quaecumque pietatis opera, sed in subsidij belli (vt disp. praecedenti nu. 1. explicuimus.) Insuper nec in bulla, nec in iubileo conceditur facultas directae circa iuramenta, sed indirectae ex facultate concessa circa vota ea facultas deducenda est: vnde virtute eorum privilegiorum nil poterit confessorius, quando adest expressum votum, & iuramentum, nisi in quodam casu (vt diximus disp. 2. nu. 23.) nec circa iuramenta, quando vota eiusdem materiae non conceduntur per ea privilegia (vt diximus disp. praecedenti nu. 11.) At virtute huius privilegij possunt religiosi de Societate Iesu commutare vota in quaecumque opera pia: possunt etiam directae commutare iuramenta, & quando expressae adfunt etiam vota, poterunt vtuntque vinculum commutare. Et quatenus votum alicuius materiae non concedatur in hoc privilegio, sed quing. vota excipiuntur, poterunt commutare iuramenta eiusdem materiae in casu quem nu. 7. explicabo. Est autem strictius, quia in hoc excipiuntur quing. vota: at (vt disp. praecedenti nu. 1. diximus) in iubileo sola duo excipiuntur, n. epe, castitatis, & religionis: in bulla vltra haec duo votum peregrinationis Hierosolymitane. Circa facultatem autem dispensandi circa vota, Innoc. VIII. concessit mendicantibus posse dispensare in votis, in quibus possunt Episcopi, exceptis peregrinationis vltra duas dietas. Quod privilegium refert Sorbus in compedio privilegiorum mendicantium verb. absolutio quoad seculares nu. 12. & Manuel in expositione Cruciate. §. 9. num. 14. dicit has duas dietas esse viginti leucas. Quatenus in summa 2. tomo cap. 100. num. 3. dicit esse quatuordecim leucas. Sed credo esse errorem typographi, quia refert se ad praedictum §. bullae, vbi ait esse viginti leucas. Quod idem aiunt Rebuffus de privilegijs scholasticorum, privilegio 161. & Azebedo alios referens lib. 1. Recopil. Regiae tit. 7. l. 2. o. nu. 2. Sed amplius hoc privilegium dispensandi circa vota concessum est. Vt constat ex compedio privilegiorum Societatis Iesu verb. dispensatio. §. 10. vbi sic dicitur. Per facultatem Benedictini concessam a Martino V. possum nostri confessores deputati dispensare in votis etiam Episcopo reservatis. Vbi pater noster Generalis ait hanc facultatem communicari omnibus superioribus, & alijs confessorijs, quibus ipsi eam commiserint.

Hoc ergo praemissis, ratio suadet nil posse religioſiſ Societatis leſu virtute huius privilegij circa vota caſtitaſis, & religionis cōmutada, eſt eadem, quā diſp. præced. nu. 2. propoſuimus, ad probandum non poſſe conſeſſarios per bullam, vel iubileum. Sed ut ibi diximus, oportet mens Pontificis eſt, in eo ſolo caſu hinc vota excipere, in quo nequit aſſe ea Episcopos diſpenſare. Et ideo poſſunt cōmutari per hoc privilegij ea omnia vota, quæ diſp. præcedenti nu. 4. 5. 6. 7. 8. 12. 1. 1. diximus per bullas, vel iubilei. Quia eodem proſus tenore exceptio fit votorū caſtitaſis, & religionis, in hoc privilegio, quo in bulla, ac iubileo. Et difficultas, quæ ibi eſt circa cōmutationem voti ſtrictioſis religionis in laxiorem virtute bullæ, ceſtat in hoc privilegio: ſicut ibi diximus ceſſare in iubileo. Quia hoc privilegium ſicut & iubileus cōcedit cōmutationem in quænis opera pia. Et ita loquentes de votis penalis religionis, & caſtitaſis, poſſe ea virtute huius privilegij cōmutari, caſu quo poſeſt in eis Episcopos diſpenſare, tradunt Corduba ſumma. q. 15. 2. Manuel in bulla Cruciatæ. §. 9. nu. 12. q. & regular. 1. tomo. q. 63. art. 7. Vega 2. tomo ſumma. c. 129. caſu 114. Imò & in his votis penalis aſſe bene Corduba poſſe religioſos diſpenſare virtute privilegij citati nu. præcedenti. Cui addo in omnib⁹ caſibus dictis, in quibus poſſunt ea vota cōmutare, poſſe quoq; eos diſpenſare. Cū privilegium ſit ad diſpenſandū in omnibus votis Episcopos cōceſſis. Quod eò vel maxime verum eſt, quia hæc privilegia commutandi, & diſpenſandi ſunt largè interpretanda, ut potè toti religioni cōceſſa. Iuxta dicta diſp. 1. in. 13. Et quia ſunt erga perſonas indeterminatas. Iuxta diſp. 2. nu. 6. Non tamè poterunt cōmutari hæc vota, nec poterit in eis diſpenſari virtute dictorum privilegiorū, quando Episcopos in eis ratione ſolius neceſſitatis poſſe diſpenſare. Ut diximus loquētes de privilegijſ bullæ, & iubilei, diſp. præcedenti num. 10. & ibi probauimus.

Insuper provinciales mendicantiū habent privilegium ut poſſint cōcedere ſuis conſeſſariis approbatis iuxta Tridentini normam, auctoritatem diſpenſandi ad petendū debitū, cū his, qui ante matrimonium caſtitaſtem vouerant. Hoc enim eis cōceſſit Pius V. viæ vocis oraculo. Ut teſtantur Veracruz 1. p. Specul. art. 17. paulò ante dubij 2. Corduba ſumma. q. 13. 6. pun. 2. Palacios 4. d. 32. diſp. 2. col. 17. verſ.

ſuffragatur cōmuni placito. Manuel in bulla. §. 9. nu. 145. & 1. tomo ſumma. 2. editione cap. 243. nu. 14. & q. regular. 1. tomo. q. 63. art. 2. Henriquez lib. 1. 2. de matrim. cap. 2. nu. 9. Et in noſtris privilegijſ verb. diſpenſatio. §. 9. idè privilegij referunt: & addit pater noſter Generalis id privilegium cōmunicari provincialis, & alijs cōſeſſarijs, quibus per ſe, vel per alios id cōmiſerint.

Reſtringunt autem quidā ut intelligatur hoc privilegij, quando vouens caſtitaſtem matrimonij iniit, & conſummauit, ſecus ſi nondum cōſummauit, non enim poterit cum eo diſpenſari ad petendum debitum, virtute huius privilegij. Dicuntur, quia hic tenetur ingredi religionem. Item quia ea facultas cōceſſa eſt, ut periculo cōſulatur eorū, qui poſt id votum contraxere matrimonij: id quod in magno periculo verſentur, cū debitum reddere teneantur, ſi debiti petitione priuentur. Quæ ratio non militat ante conſummaſionem: tunc enim non tenentur reddere. Sic tenet Azor lib. 11. in ſit. moralium cap. 19. q. 20. verſ. ſed dubia quaſtionis eſt. Atq; idè tenentur omnes, qui cenſent hanc teneri ad religio nem. At verius eſt, extendi id privilegium ad vouentem, quanvis nondū matrimonij conſummauit. Sicut diſp. 12. nu. 6. diximus poſſe Episcopos diſpenſare cum his ad petendū debitū. Ducor, quòd verius ſit non teneri hos religionem ingredi, ut votū caſtitaſis ſeruent: et ſi non ingrediatur, aſſiſti ſunt ad reddendū debitū: & ſubinde in magno diſcrimine conſtituantur, ſi petere debitum illis interdicitur. Atq; ideo militat ratio cōceſſionis dicti privilegij, ut huic periculo proſpiciatur. Et ita docent Manuel. 1. tomo ſumma. 2. editione. c. 242. nu. 2. Vega 2. tomo ſumma. cap. 129. caſu 118. pūto 2. Atq; idè dicent ſuſtinentes non teneri hos ingredi religionem. Atq; idem ſentio de prioribus bimeſtri poſt matrimonij iniitū, nondum tamen cōſummauit, vel ſi alter cōiux in adulteriū incidat, cū ipſe ſit innocens, quanvis enim in his caſibus non teneatur, nec licitè poſſit ratione voti reddere: at cū matrimonium valeat, & habiter cum vxore, in magno verſabitur incontinentiæ periculo. Et idem ſentio, quanvis hic ad matrimonij tranſiſſe animam ingrediendi religionem. Cū enim adhuc non teneatur, eſt in eodè periculo. Et confirmatur, quia reuera mens Pontificis id privilegij concedentis eſt, ut poſſit religioſi in hoc diſpenſare in caſibus, in quibus poſſunt

ſunt

ſunt Episcopos. At Episcopos poſſe in omnibus his caſibus diximus diſp. 12. nu. 6.

Alij reſtringūt ad votū caſtitaſis emiſſum ante matrimonij iniitū: quare cenſent non poſſe religioſos diſpenſare virtute huius privilegij ad petendum debitum, cum cōiuge, qui poſt matrimonij voti caſtitaſe. Quòd id privilegij expreſſè loquatur de voto caſtitaſis ante matrimonij emiſſo. Et ita docent Manuel. 1. tomo ſum. 2. editione. c. 243. nu. 14. & q. regularibus, tom. 1. q. 63. art. 2. Vega 2. tomo ſum. c. 129. caſu. 77. Cæterū & ſi virtute huius privilegij id eis non liceat. Poſſunt tamen virtute privilegij relati n. 1. ad diſpenſandū in votis, exceptio caſtitaſis voto, diſpenſare non tantum ad petendum debitū, ſed etiā omnino in eo caſtitaſis voto, in omnibus ijs caſibus, quos diſp. 11. n. 4. 5. 6. 13. 14. retulimus, in quibus poſeſt Episcopos in eo voto omnino diſpenſare: eò quòd à vera, & perfeſta voti caſtitaſis ratione deficit. Quia (vt nu. 2. diximus) tantum in eo privilegio excipitur caſtitaſis votum, quando ita ſuam perfeſtionem conſequitur, ut Pontifici ſit reſeruatum.

Quòd ſi ſiue ante iniitū matrimonij, ſiue poſt, ante eius conſummaſionem, vouerit cōiux religionem, ne quibunt religioſi diſpenſare cū ipſo, ut petat, vel reddat. Quia ſolū ad diſpenſandū in voto caſtitaſis ad petendū privilegio fruatur. Deinde quia diſp. 12. num. 6. diximus nec Episcopos poſſe cum hoc diſpenſare. Quia tenetur ad religionem.

Insuper religioſi virtute dicti privilegij cōmutandi vota iurata, poſſunt commutare iuramenta non ſola penalia, & cōditionalia etiā impleta cōditione, caſtitaſis, & religionis, ſed etiā absoluta, in caſu in quo poſſe Episcopos in eis diſpenſare ſuſtinuimus diſp. 12. nu. 5. Quia quanvis id negauerimus diſp. præcedenti n. 11. de privilegijſ bullæ, & iubi lei: militat diuerſa ratio in hoc privilegio. Quippe illa ſolū ſunt ad vota cōmutada, atq; ideo ſola iuramēta earum, quarum vota cōceduntur, poſſunt commutari. Vnde cū vota absoluta caſtitaſis, & religionis denegentur, non conceduntur quoq; iuramenta absoluta. Hoc autè eſt dire & etiā de iuramentis, & ſola excipiuntur, quæ ſunt in præjudicium tertij. Hoc videtur dicendū à tēta hac ratione. At re attentius conſiderata dicendum eſt, non poſſe, niſi ſola iuramenta cōditionalia, & penalia: ſicut diximus per bulla, & iubilei. Quia Grego. XIII. (vt n. 1. vidimus) tantum extendit privilegij. Pauli III. cōceſſum ad vota cōmutanda, ut etiam

eadem cōprehenderet firmata iuramento: quare ſola iuramenta earum videtur cōceſſiſſe, quarū cōceſſit vota. Cū ergo exceperit vota absoluta caſtitaſis, & religionis, cenſetur quoq; eadem iuramenta excipere. Si verò loquantur de privilegio diſpenſandi in votis, manifeſtum eſt id non extendi ad hæc iuramēta absoluta, ſicut nec privilegij bullæ, aut iubilei. Quia militat eadem ratio: cū id privilegij non loquatur de iuramentis, ſed hæc veniant in eo in conſequentiam votorū. Sicut diſp. præcedenti n. 11. explicuimus tractates de privilegio iubilei, & bullæ.

Præterea religioſi mendicantes ſi ſint viri docti, & cōſeſſores approbati ab ordinario iuxta Tridentini formam, poſſunt ex commiſſione Provincialis diſpenſare in foro cōſcientiæ ad petendū debitū cum ijs coniugibus, qui inter ſe aſſinitatem contraxere. Per declarationem quandā à Iulio II. factā conſeſſionis Martini V. factæ Benedictini monachis: & per alia Pij V. conſeſſionem viæ vocis oraculo factam, ac impetratam ab Angelo de Aguillaris ordinis minorū anno 1569. Ut reſerunt Colleor privilegiorum mendicantiū verb. diſpenſatio n. 17. Veracruz 1. p. Specul. art. 23. ſine Palacios 4. d. 3. diſp. 2. Henriquez lib. 1. 1. de matrim. c. 15. nu. 11. ſine Manuel in bulla Cruciatæ. §. 9. nu. 14. 3. & §. 13. n. 17. Sorbus in compendio privilegiorum mendicantiū verb. abſolutio 2. quoad ſeculares, in reſolutionibus, quas ibi ponit, cōcluſ. 9. & verb. diſpenſatio, in annotationib⁹ ſuis, pag. vlt. lit. B. Quanvis Corduba relato Doctore Ortiz in annotationibus ad Colledorem verb. diſpenſ. §. 17. dicat non eſſe tutū eo privilegio uti. Quòd non habeatur in libris ordinis: nec de eo conſtet. At cenſetur ſiſimum eſſe ea conſeſſione uti: & habetur in compendio privilegiorum Societatis Ieſu verb. diſpenſatio. §. 8. vbi pater noſter Generalis addit facultatē hanc concedi Provincialibus, & alijs conſeſſarijs quibus ipſi per ſe, vel per alios eam commiſſerint.

Extendit autem hoc privilegium Manuel addit. ad bulla. §. 13. n. 17. ut poſſint quoq; virtute eiſdè privilegij diſpenſare ad petendū debitū cū cōiugibus, qui ſpiritualē cōgnationem contraxere. Sicut diximus diſp. præcedenti nu. 3. extendere ſimile privilegium commiſſarij Cruciatæ: vbi eius fundamentum retulimus. Sed eadem ratione qua ibi id reſutauimus, reſutamus quoq; hæc. Tādè duplex ſuperèſt difficultas circa hæc commutandi vota privilegia. Prior eſt. An hæc facultas cōmutationis, ac diſpenſa-

lationis votorū religioſis conceſſa, reſtrin-
gēda ſit vt rātū eo priuilegio vti poſſint er-
ga ſubditos Epifcopo illius diſceſis, in qua
ſunt religioſi. Sicut ipſe Epifcopus nequit
exterorum vota commutare, aut cum eis diſ-
penſare. Sylu. verb. domicilii, in fine, agens
de cōmuratione votorum, ait mendicantes,
qui ex priuilegio poſſunt vndecunq; ad ſe
uenientiu conſeſiones excipere, non poſſe
forſitū vota cōmutare. Quia hoc nō poſſe
Epifcopus, qui eos exponit. Quod idē attē-
tis antiquis mendicantiū priuilegijs faretur
Manuel in additionibus ad bullam Cruciatā
ſ. 9. nu. 120. at attento priuilegio conceſſo
Societate Ieſu per Paulum III. relato nu. 1.
cōcedētī expreſſe facultatē cōmutādi vota
vndecunq; venientiu, ait neceſſariō dicēdū
eſſe id poſſe mendicantes. Subdit tamen pri-
uilegio diſpenſandi in votis relato n. non
poſſe eos vti erga forenſes, ſed erga ſolos il-
lius Epifcopi ſubditos. Ducitur, quia à po-
teſtate cōmutādi ad diſpenſādī poteſtatē nō
ducitur argumentū. At priuilegiū diſpenſandi
eſt in ſolis votis, in quibus poſſunt Epifcopi
diſpenſare. Sed Epifcopus illius diſceſis in ſo-
lis votis ſubditorum ſuorū poteſt diſpenſare.
Ergo idem dicendum eſt de religioſis illius
diſceſis. Nichilominus exiſtimo vtrūq; pri-
uilegium extendi ad vndecunq; venientes.
Quod idē iudicārūt alij viri docti. Quia illa
reſtrictio diſpenſādī in votis in quibus poſſunt
Epifcopi, intelligitur ſic, id eſt, vt nequeant
diſpenſare in votis reſeruatīs Pontifici, in
quibus ratione reſeruationis nequeunt Epif-
copi diſpenſare. Cū enim hāc diſpenſandi
poteſtatē à ſummo Pontifice, qui toti orbi
præſt, habeat: nō eſt cur ea reſtringenda ſit
ad ſubditos illius diſceſis, in qua religioſi in-
ueniuntur. Et cōfirmatur, quia cū hāc facul-
tas p̄diſtis religioſis cōceſſa ſit, quō melius
p̄nitentiū ad illos cōſuetū ſaluti ſpiritu-
ali ſp̄cipere poſſint: ratio petit, vt ſicut vnde-
cunq; venientiu poſſūt cōſeſiones audire, ita
quoq; poſſint eorū vota cōmutare, ac in eis
diſpenſare. Tandē, quia cū hāc priuilegia
ampliāda ſint (vt n. 2. probauimus) immē-
rō hanc reſtrictionem pati dicendum eſt.

Posterior eſt. An religioſi ſolū poſſint vti
hac cōmutādi vota facultate, in Sacramento
cōſeſionis? Pars enim affirmās inde ſuaderi

videtur. Quia priuilegiū Pauli III. hanc cō-
mutādi poteſtatē indulgens, & abſoluendi à
reſeruatīs, dicit expreſſe, *Cōſeſionibus diligē-
ter auditi* (vt nu. 1. vidimus.) Qui ablatius
abſolutus cōditionē importat. l. a. teſtatore.
ſ. de cōdit. & demōſt. Et ad omnia videtur
referri. Et ita videtur expreſſe ſentire Cor-
duba ſum. q. 152. vbi dicit poſſe religioſos in
cōſeſione diſpenſare in votis, in quibus poſ-
ſūt Epifcopi. Et à fortiore hoc tenebūt Do-
ctores, quos diſp. præced. nu. vlt. retulimus,
dicētes cōmurationem votorū per bullā nō
poſſe fieri niſi in cōſeſione. Cū tū in bul-
lā nō petatur, vt audita ſit conſeſio. At cō-
trariū eſt probabilius. Quia cū adeo diſent
inter ſe abſoluere à peccatis, ac vota cōmu-
tare, nec hoc cōſeſione indigeat. nō cōſen-
tus eſt Pōtiffex velle totū priuilegiū limita-
tū intelligi per illū ablatiuū abſolutū, audi-
tis cōſeſionibus: ſed ſingula ſingulis refe-
rēda ſunt. Et ita referatur ad abſolutionem à
peccatis, quæ immediatē ſequitur. Nā ea eſt
regula, vt clauſula poſita in vna parte diſpo-
ſitionis, ſue ponatur in principio, ſive in
medio, ſive in fine, cōſeſetur referri ad omnia in
ea clauſula cōtenta. e. ſecūdo requirit, de ap-
pellat. vbi id obſeruat Doctores, at intelli-
gitur quādo omnīū eſt eadem ratio: vt mul-
tis citatis tradit Menochius de præſumptio.
lib. 4. præſumptio. 181. num. 2. Quod hic
non contingit. Nam abſolutio à peccatis pe-
tit neceſſariō cōſeſionē ſacramentalem, ſe-
cus de votorum cōmurationem. Tandem,
quia in priuilegio diſpenſādī cōceſſo religio-
ſis relato nu. 1. nulla ſit mētio conſeſionis:
quia nō eſt datū ſimul cō poteſtate abſolue-
di. Quod indicat quando ſimul eum abſol-
uendi poteſtate cōceditur, vt petatur audi-
ri cōſeſiones non ad diſpenſandū in votis,
aut ad ea cōmutanda, ſed ad peccatorū ab-
ſolutionem. Et ita hanc ſententiam ſuſtinet
Henriquez lib. 7. de indulgentijs. cap. 30.
num. 6. Et eiſdem ſententiæ ſunt multi do-
cti neoterici, qui hac ratione dūcī cōcedebant
per bullas antiquas indulgētes auditis
cōſeſionibus abſolutionē à peccatis, & cō-
ſeſuris poſſe extra cōſeſionē impendi abſolu-
tionē à cōſuris. Quōd ſi ablatius abſolu-
tus, auditis cōſeſionibus, referatur ad abſolu-
tionē à peccatis, ad quā opus eſt cōſeſione.

DISPV. DECIMASEPTIMA.

An diſpenſatio in lege ſuperioris, propria, aut inferioris, facta abſq; cau-
ſa legitima, valida ſit?

SVM.

SVMARIVM.

Quot queſtiones diſputandæ ſint, num. 1.
Quando Prælati diſpenſat in voto, vel iu-
ramēto abſq; cauſa, an valeat diſpenſatio?
Referatur quedam ſententia, num. 2.
Propōnitur ſententia auctoritatis: & explicatur. 3.
veniens, de iure iur. num. 3.
Diſpenſatio in inferioribus conceſſa in lege ſuperio-
ris intelligitur ſi adeſt iuſta cauſa, & hac de-
ficiens non eſt valida. num. 4.
Quid, ſi in diſpenſandis ſit legatus Apoſtolicus? nu. 5.
Quid, ſi in diſpenſandis commiſſione exprimat
nomen eius, cuius quo eſt diſpenſandum? num. 6.
Quid, ſi ſit aliquis cauſa, nō tamen ſufficiens?
num. 7.
Quid, ſi prælati bona fide iudicari eam ſuffi-
ceret? num. 8.
An ſi cū quo in voto, iuramento, aut lege humana
diſpenſatū eſt, ſit iur. ſi poſtea reperiat cau-
ſam non ſufficētem? num. 9.
Quid, ſi prælati in lege diuina, vt voto, aut huma-
na diſpenſet, nō alio corrior, an ſit cauſa cū
tamen verē eſſet? Referatur opinio, num. 10.
Propōnitur ſententia Auctoritatis, num. 11.
An ſi cauſa eſt notoria, peccat diſpenſans nō pra-
miſſa cauſa cognitione? num. 12.
An valide expectantur diſpenſationes commiſſe à
Pontifice pro ſuo externo ordinaris: vel pro
foro interno conſeſſori, quando hi non prami-
ſſant cauſa cognitionem, ſed ignari cauſa, que
re vera erat, diſpenſant: vel ſibi cognitā erat
cauſa veritas? Remiſſiue, num. 13.
An ſumatur cauſa in Principe diſpenſante? nu. 14.
Quid in conſcientia foro, ſue Princeps, ſue infe-
rior diſpenſet? num. 15.
An credatur ſuperiori dicēti ſe ex cauſa iuſta diſ-
penſare? nu. 16. & ibi, quid, ſi aſſerat ſe diſpenſaſſe?
An credatur dicēti ſe habere cōmiſſionē, nu. 17.
Quid, ſi ſit legatus Cardinalis? num. 18.
Quid, ſi in nullius præiudiciū ſit, vt in facultate
diſpenſandi, abſolueđi, aut concedēdi indul-
gentias? num. 19.
An credatur licenti Epifcopi dicēti ſe alienum
ſubditum cum licentia promiſſet? nu. 20.
An credatur licenti pontificiarij dicēti ſe Pa-
pe commiſſione ſe diſpenſare? nu. 21.
An in foro conſcientie credatur omnibus hīs, &
conſiſſario, alijs vtrūq; num. 22.
Poſt num. 22. inuenies alia ſummaria.

Hactenus egimus de habentibus
diſpenſandi poteſtatem: iā cauſas
neceſſariō ad diſpenſandū petitas
aggredimur, propoſita prius que-
ſtione generali de cauſe neceſſitate. Et quia
hac cauſa poteſt peti ad valorē diſpenſatio-

nis: vel vt ea licitē concedatur: diſputatio
præſens eſt de cauſa ad valorē diſpenſationis
requiſita: ſequens verō erit de requiſita ad
eius honeſtatem. Triplex autem queſtio in-
uoluitur in hac diſputatione. Prima eſt, quā-
do Pontifex in iure diuino, aut inferiores in
lege ſuperioris abſq; cauſa, an valeat? Secū-
da, quādo ſupremus Princeps in lege, propria?
Tertia, quando inferiores in proprijs conſti-
tutionibus, aut ſue Synodi, diſpenſant?

Queſtio prima. An diſpenſatio inferioris
in lege ſuperioris conceſſa abſq; cauſa iuſta
valeat vt ſi quicunq; prælati etiam Ponti-
fex diſpenſet in voto, vel iuramento, vel præ-
lati inferiores in lege Pontificis, vel ecclīij.
Quidā quos tacito nomine referunt. D. Tho.
2. 2. q. 88. art. 12. ad 2. in ea fuerunt ſententiæ,
vt integrum ſit prælati ad libitum diſpenſa-
re in votis ſubditorum. Sicut pater, dñs, ac
vir poſſunt ad libitum irritare vota filij, ſeru-
i, & vxoris. Ducuntur, qm in omni voto, &
iuramento factō Deo intelligitur conditio,
ſi prælati placuerit, aut niſi ius contradixe-
rit. Sicut eadem in eſt cōditio votis filij, ſeru-
i, & vxoris, reſpectu patris, domini, mariti.
Idq; probari poteſt ex cap. veniens, de iure
iur. vbi deciditur in omni iuramento eſſe ius
ſuperioris exceptum.

Verū tāmquam certiffimum tenendū eſt,
diſpenſationem cuiuſcunq; etiam Pōtiffis
in iure diuino naturali, vt in voto, vel iura-
mēto cōceſſam abſq; cauſa eſſe irritā. Quōd
tunc diſpenſet in alienis bonis, & aliena
voluntate ſuperiori: & ideo, vt valide fiat,
deſideratur cauſa. Quippē ea deficienti Deus
nō cōſentit, qui obligationis illius creditor
eſt. Nec poteſt iuſte præſumi eam rationi
diſſonam collatam à Deo poteſtatem. Sicut
œconomus cōtra dñi voluntatem bona diſ-
ſipans non tranſfert dominium: vt pote, qui
ſola adminiſtrandi iuxta dñi beneplacitum
iure optimo præſumptū poteſtate fingitur.
Atq; ita ſententur omnes Theologi 4. d. 3. 8.
cum D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 12. ad 2. Et om-
nes Doctores iuris Pōtifficij cum Gloſſa. e.
non eſt. verb. adimplere, de voto. Et cōtra-
rium aſſerentes impugnat ibi D. Thom. di-
cens eos inniti falſo fundamento. Quippē
pater, dñs, ac vir poteſtate dominatiua præ-
diti ſunt, ac proinde liberē poſſunt tāmquam
dñi, voluntatem filij, ſeru, vxoris inſinge-
re, eorum vota ad libitum irritando. At po-
teſtas ſpiritalis prælatorum eſt ſolūm diſ-
penſatoriæ, & cū nō ſit in deſtructionem,
ſed in edificationem data, nequeſt ad libi-
tum iuſtam inferiorum voluntatem reuoca-

re,

re, eorum vota dissoluo. Quare dum c. veniens, de iure iur. decidit per vota, aut iuramenta inferiorum non posse iuri superioris derogari, intelligitur ita, ut non integrum sit superioribus ex iusta causa dispensare: at potest derogari ad hunc sensum, ut ea non subiciantur eorum liberæ potestati. Et ideo cōditio subintellec̄ta in his votis est, nisi superior iusta causa existente dispensauerit.

Hinc deducitur, dispensationem quācūq; inferiorum in lege superioris fore irritam, si causa legitima de sit. Vt si Episcopus dispenset in lege ieiunij, aut obseruationis festorum, aut quibus alius ex Pontificia commissione. Quia sic se habet ad legē superioris inferiores, ac Pontifex ad legē Dei: & similiter in alienis bonis, alienaq; voluntate dispensant. Præterea, quia quoties inferiori committitur potestas dispensandi in lege superioris, intelligitur causa iusta existere. Mā datū enim Pontificis ad ius referri debet. c. de multa, de præben. Nec iure optimo præsumi potest, cōstitui tūc inferiori dōm voluntatis superioris, vt perinde ac d̄ propria possit ad libitū valde de illa disponere. Quod optimè tradit Speculator. tit. de dispensatione. §. dicendū restat nu. 19. Innoc. c. cum ad monasteriū. nu. 4. de statu monac. Sibi Hofst. n. 32. Io. Andr. ad fin. Abbas. n. 17. Cardin. §. vlt. n. 5. Henric. n. 17. Bald. l. Barbarius. n. 7. ff. de offic. præf. Aretin. l. 2. in princip. nu. 1. ff. de verb. oblig. Felin. c. fin. n. 8. vers. 2. limitā, de simo. & c. at si clerici. §. de adulterijs, n. 10. de iudic. & ibi Hippolit. n. 32. Turrec. c. 1. in art. 4. n. 14. d. 89. Angelus. verb. dispensatio. n. 3. & ibi Sylu. q. 3. n. 5. Armilla. n. 14. Sorus lib. 7. de iustit. q. 4. art. 3. col. 9. versic. rursus circa eadē, & lib. 7. q. 7. art. 3. col. 6. vers. postremū ergo. Nau. c. fin. n. 4. de simonia. Couar. 4. decretal. 2. p. c. 6. §. 7. n. 11. Stunica. q. 5. de voto. n. 35. Gutierrez. q. can. lib. 1. c. 19. n. 5. Emma. Sa sum. verb. dispensatio. n. 3. Et loquitur Sorus, & Stunica etiā de facultate dispensandi in bulla concessa. Si ergo inferior commissiōnis limites excedens dispenset in lege superioris absq; legitima causa, nō tenebit factum. Et ita partem hanc factū omnes Doctores allegati: & quotquot in tota hac disputatione allegabo. Nec aliquem contradicentem inueni.

Quidam hoc temperant, nisi inferior habeat plenitudinē potestatis à superiori concessam, qualem habet Legatus Apostolicus (quem Nuntius appellat) in casibus sibi à Pontifice commissis. Sic Manuel 1. tom. sum. 2. editione cap. 24. conclus. 3. nu. 5. At audiendus

minimè est. Quippè illa potestatis plenitudo non accipienda est ad dispensationem, sed vt secundum iura dispenset. Atque ita dispensationem ab ipso absque legitima causa concessam, esse irritam docent Innocentius cap. dudum, el. 2. num. 16. vers. item & si Papa, de elec. Felinus c. postulasti. n. 13. ca. 4. de rescript. Nauar. summa Latina, præludio 9. n. 15. & c. fin. n. 4. de simon. Gābara de autoritate legati, lib. 10. nu. 293. & 207. Hippolitus c. at si clerici. §. de adulterijs nu. 15. de iudicij. Borgasius de irregula. p. 7. c. vlt. n. 21. Stunica. q. 6. de voto nu. 23. 4. Azor lib. 5. institutionū moralium c. 15. ad finem.

Alij temperat, nisi in dispensandi potestate exprimat̄ur nomina eorū, cum quibus est dispensandū, nulla cognitionis causæ dispensandi mentione facta. Et placet quia tūc commissarius ille cōstituitur merus executor: ac præsumere debet cōmittentem certiorum factum esse de dispensationis causis. Et ita limitat Speculator tit. de dispens. §. dicendū restat. n. 19. Felinus n. prædē allegatus. Gābara de author. legati, lib. 10. n. 209. & 296.

Similiter nō valet dispensatio inferioris in lege superioris, licet sit aliquis causa, si tūc ea illegitima esse cōstat. Quia id est in hoc nō esse causam, & nō esse iustā. Atq; ita Doctores. n. 4. allegati asserunt eam dispensationem absq; causa legitima, & iusta esse irritā. Hoc tū limitat, nisi prudenter, ac bona fide iudicari prælati causam esse iustā. Tūc enim credo valere dispensationē, licet verè nō fuerit causa sufficiens. Quia non est credendū aliā esse potestatis intentionem circa suas leges, & Dei circa suas, in quibus permittitur inferiori dispensare. Id enim recta Ecclesie gubernatio postulat, quod scrupulis obuiet, ac tunc sint cōscientie, nec oporteat passim infringere gesta, inittēdo prælatorū vices Dei gerentiū dispensationi. Quod clarè significat Azor lib. 7. inst. moral. c. 29. q. 6. vbi hæc ait. Si prælati aliquis bona fide lege ieiunij aliquē liberet, putās causā esse iustā, relaxatio prodest. Quia bona fide facta est.

Hinc temperandū censeo quod docent Nauar. sum. Latina, præludio 9. n. 13. si Philiare. de offic. Sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 3. cap. 4. vers. altera difficultas, Lud. Lopez 1. p. instructorij. c. 4. paulo post principij, nimirū, eū, eū quo prælati dispensauit propo sita illi causa vera, & bona fide, quæ tū sufficiens nō est, tūc esse autoritate prælati factū, donec sibi certū cōstat causā minū legitimā fuisse. Hoc enim credo temperandū iuxta dicta non præced. nisi prælati prudenter, ac bona fide

dispen.

dispensari iudicant eam causam esse iustā. Tūc enim iustus erit subditus, quauis subiecta cōstet eam non fuisse sufficientem.

Sed merito dubitabis, quid dicendum de dispensatione facta ab inferiori in lege superioris, non præcognita causa, quādo reuera erat causa legitima: an valida sit? Pars negans suaderi videtur, quod dispensans ex cesserit suæ commissiōnis limites. Nam (vt nu. 4. probauimus) censeatur sibi facultas dispensandi commissā, præmissā causæ cognitione. Idq; constat ex cap. necessaria, & cap. dispensationis 1. q. 7. vbi dicitur temporum varietatem exposcere aliquādo vt leges relaxentur adhibita diligentī consideratione. Et clarū ex Trid. sess. 5. de reformation. c. 8. ibi. *sciāt vniuersi sacratissimos canones exactè ab omnibus, & quoad eius fieri poterit, indistinctè obseruandos. Quod si virgens, maiorq; ratio quandoq; postulare sit cum aliquibus dispensandū esse, id causa cognita, summaq; maturitate, atq; gratis, à quibuscūq; ad quos dispensatio pertinet, erit præstandum: aliterq; facta dispensatio subreptitia censeatur.* Vbi notandū est ablatiū ille absolutus, causa cognita, qui conditionem, ac formā importat. Vt probant lib. 3. disp. 5. nu. 2. vbi & alia argumenta concessi ad hoc probandū faciunt. Tandem id constat ex dispensationis definitione tradita disp. 1. nu. 2. Est enim legis relaxatio præmissā causæ cognitione. Et quod cum hic deficiat, non erit valida dispensatio. Et ideo hanc partem tenent serè expressè Nauar. c. finali n. 4. de simon. Et tenent Imola. l. quidam consulebat nu. 7. sine, & n. 8. ff. de re iudic. Hippolitus c. at si clerici. §. de adulterijs n. 106. de iudicij. Et meliùs Azor lib. 3. institutionū moralium c. 9. & 10. dicens in neutro factō valere huiusmodi dispensationem. Idem clarè sentit Stunica. q. 6. de voto nu. 104. vbi ait. Potest nō habere facultatē relaxandi iuramentū in præiudiciū tertij, antequā constet sibi causam subesse, licet causa subit. Quia errat in suæ iurisdictionis fundamentō.

At probabilis est, huiusmodi dispensationem validā esse in foro cōscientie, donec in foro exteriori reuocetur. Ducor, quia nulli lib. habetur eam dispensationem esse nullā. Neq; obstat locus Tridentini in contrariū adductus. Quia æquè loquitur de Papa, ac inferioribus. Cū tamē cōstet dispensationē Papæ in iure humano absq; causæ cognitione validā esse: loquitur ergo concilium quoad fori externi præsumptionem: & ideo dicit, *subreptitia censeatur.*

Et non dicit esse verè eam subreptitiā, sed præsumi in peccatā per subreptionē. Secundo, quia cap. nihil, de elec. dicitur eadē sine suæ causæ examine esse eijciendū, cū est indignus. Ergo à contrario sensu non eijcitur, si dignus sit: quauis eligentes non permissi eo examine defecerint ab electionis forma. Tertiū, qui valet lex temperare, & absq; causæ cognitione indicta, si reuera causa boni cōmunis intercedat. Ergo idem de legis dispensatione censendū est. Quarto, ex doctrina Minchæca lib. 1. controu. illustriū. c. 28. nu. 6. vbi probat tenere factū in foro cōscientie, quando finis iuris habetur, quauis forma, & solemnitas eiusdem iuris prætermittantur. Ad quod cōprobandū multa similia asserit Bellemera sitim al. legandus. Quod contingit in hoc euentu. Nec obstat dispensationis definitio, quia (vt dixi disp. 2. nu. 2.) ea non solum cōprehendit, quæ de dispensationis essentia sunt, sed ea quoq; que desiderantur vt sit licita. Quare dum authores nu. 4. allegati dicunt inferiori censi commissam dispensationem præcedenti causæ cognitione, intelligendi sunt, vt ritæ, ac recte fiat: vel vt validè, nisi reuera ad esset causa iusta. Huius sententia est Innoc. cap. diuersis nu. 1. de cleric. cōiug. vbi ait Episcopo dispensante absq; causæ cognitione in ijs, in quibus potest, tenere dispensationē: vt in collatione beneficij donec per superiorem reuocetur: & dū non reuocatur, possideri licitè beneficiū illud. Et satis hoc placet Hostiensij ibi n. 9. Ioanni Andree n. 8. præterquā quod Hostiensis non admittit tacitā dispensationē, sed verbis expressis factā. Idē latè probat multis similibus adductis Bellemera c. v. n. 18. & 19. de filijs præsbj. Idem expressè tenet quoad forū cōscientie Armilla verb. dispens. n. 14. sine. Ludouicij Lopez 1. p. instructorij. c. 4. col. antepenult. vers. tertio dicitur. Pro eadē sententia est idem monac. cap. cum ad monasteriū. n. 4. de statu monac. vbi ait huiusmodi dispensationē aut nō valere, aut reuocandā esse. Cuius sententiā referunt, & sequuntur ibi Hofst. nu. 32. Ioan. And. ad finē, Abbas. n. 17. Héric. nu. 17. Cardin. §. finali n. 4. idē Abbas et si clerici. §. de adulterijs n. 13. d. iudicij. Alex. de Neuo. c. 1. nu. 12. de constit. Turc. c. 1. art. 4. nu. 14. d. 89. At ad veritatē huius disputationis fat est alteram partem esse verā, nempe, vt ea dispensatio possit reuocari. Pro eadem sententia sunt Abbas. d. c. diuersis. nu. 3. Probus addit, ad Monachum.

cap.